

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XLVIII. TIT. XVI. Ad Sctum Turpilianum, Et De Abolitione Criminum.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

simplum restituat duplum intra sex septimanas, a tempore, quo convictus est, aut relegateur ad sex annos: si partem restituit, pro rata imminuitur tempus poenæ.

Si ultra 50. usque ad 100. residua sint, facta restitutione tripli, ut dictum, ad operas publicas per tres annos condemnatur; Si ultra 200. non facta restitutione tripli, ut ante, poena gladii. In Saxonia, si summa 100. florenorum dolo subtraxit, suspendio punitur, *Const. Elekt. P. 4. c. 41. Carpz. P. 2. q. 85. per tot. nisi surreptam restituat. Vid. Dn. Berg. Resol. Leg. h. pag 731. Add. Phil. Uf. Pr. Inst. L. 4. Ecl. 96. n. 7.*

LIB. XLVIII. TIT. XVI.

## AD SCTUM TURPILIANUM, ET DE ABOLITIONE CRIMINUM.

Qv. I. *An transigens de crimine incidat in SCtum Turpilianum?*

NEGATUR. *Vid. supr. L. 2. tit. 15. qu. 8.*

Qv. II. *Quomodo differant aggratiatio seu abolitio Principis, & restitutio reorum ex gratia?*

R ESP. *Abolitio* dicitur, cum ipsum crimen ante sententiam vel confessionem aboleatur, *Laut. pag. tot. tit. C. de Abol. gener. Restitutio gratiae 70<sup>o</sup>. verb. vero sit, si quis sententiam passus, vel confessione propria convictus fuit, *aggratiatio tot. tit. ff. & C. de Sentent. pass. & restitutis. Illa* totum tollit processum, *tio. &c. poena omnis remittitur, ac mutatio status impeditur, (nisi tertio interim jus quaesitum sit, quod Princeps abolitione sua auferre nequit. Vid. infr. L. 48. tit. 23. qu. 1.) Haec non rescindit actus præteritos, sed valet tantum a tempore restitutionis, & effectum saltem habet ratione futuri, d. qu. 1. Illa omnia in eodem statu relinquunt, ac nihil mutat; Haec nova est gratia, unde, si in Collegio fuit, & restituitur, ultimum locum occupat &c. d. q. 1.**

LIB. XLVIII. TIT. XVII.

## DE REQUIRENDIS VEL AB- SENTIBUS DAMNANDIS.

Qv. I. *An & quomodo contra reos absentes procedi possit?*

V id. supr. tit. de Accus. qu. 4. & s. & tit. Ad. L. Jul. de adult. qu. 10. De

